



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Caput. IX. De Tentationibus circa detractionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

borem propter DEI gratiam , & virtutis amo-

LXXXIII. Quintò proponat illi ob oculos stulti-
um hominis in spirituali lucro comparando negli-
gentis ; si enim homini pauperi thesaurus regius ape-
nitetur , atque facultas daretur per unam horam au-
ferendi , quantum posset , & vellet , an non summa
vecordia & insania foret , si vel otio , vel nugis ho-
minum illam consumeret ? cùm ergo cuivis homini gra-
dia hæc facta sit , ut , quantum meritorum voluerit ,
in hac vita congreget , an non , si otio & nugis va-
cer , tanto majori reprehensione dignus censebitur ,
quanto majora erant bona , quæ neglexit ?

C A P U T I X .

DE TENTATIONIBVS CIRCA DETractionem.

LXXXIV. **F**abianus Aulicus multis quidem alijs
vitijs , sed Detractioni præcipue asue-
tus , quæcumque de aliis audivit vitia , sive gravia ,
sive levia sint , in colloquiis manifestat , eorum ma-
xime , quos aut æmulos patitur , aut supra se amatos
& elevatos advertit , ut hac ratione estimationem
apud Principem innuinat , & tandem eos omnino de
gradu dignitatis præcipiter . Quæritur , quomodo
hæc tentatio , & consuetudo sit eripienda ?

Responso.

LXXXV. Inprimis ei ostendat , quām noxiū
sit hoc vitium ; utpote quod charitatem directè oppu-
gnat , atque ad eò etiam Deo summè exolum est , uti
S. Bernardus f. 24. in cant. sequentibus verbis osten-
dit :

dit: Detrahentem, inquit David, Secretò proximò suò hunc persequebar: nec mirum, cùm id præcipuum charitatem, quæ DEVS est, & quidem carius impugnare, & persecuti cognoscatur. Omnes enim, qui detrahit, primum quidem seipsum producunt charitatem, deinde quid aliud intendit detrahendi ut is, cui detrahit, veniat in contemptum, odium ipsis, apud quos detrahit. Et iterum triplic. custod. Numquid non est vipera, inquit, gaudia Detractoris: ferocissima plane, nimirum quthaliter inficiat tres flatu uno. Numquid non laest ista lingua? Profecto, & acutissima, qua venetret ictu uno. Lingua eorum, inquit, gladius. Gladius enim anceps, imò & triplex est lingua Detractoris. Addit deinde, talam linguam collorem esse lanceā, spinis, & clavis, quibus Christus crucifixus est, eò quod Detractor occidat seipsum audientem, & cui detrahitur.

LXXXVI. Secundò suadeat, ut seipsum & defectus bene inspiciat; sicut S. Bernardus l. 4. 41. dom. inter. monuit dicens: Nunquam alienis debes, si te ipsum inspiceris: Hinc S. David Ps. 63. quid. Scrutatis sunt iniquitates (alienas scilicet) acerunt scrutantes scrutinio (proprietum defectum). Idem Pimenius Abbas, teste Russino in Vit. Pe. l. 4. n. 135. confirmavit, dum rogatus, quomodo tare possit homo, ne loquatur malum de proximo suo? Respondit: Ego & proximus meus duae imagines sumus; cùm ergo meam perspexero, & reprehendero, invenitur imago Fratris mei venerabilis apud me; quando autem meam laudavero, invenitur Fratris mei imaginem pravam respicio. Tunc e-

alteri non detraho , si semper meisplum reprehendo.

LXXXVII. Tertiò suadeat , ut fugiat Societatem Detractorum , de quibus S. Bernardus l. 24. in cant. dixit: *Non veniat anima mea in consilio detrahentium , quoniam DEUS odit illos , dicente Apostolo : Detractores Deo odibiles.* Hinc S. Hieronymus quoque reg. mon. c. 22. monuit: *Si quem alicui detrahentem audieritis , procul fugientes dimittite velut , Serpentem , ut verecundiâ vinctus discat , de aliorum factis silere.*

LXXXVIII. Quartò illi turpitudinem hujus vitij ostendat; nam , ut S. Hieronymus in epist. affirmavit, vilium satis hominum est , & suam laudem quætentium , alios viles facere ; quia alterius vituperatione se laudari putant ; & quia suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum. Et quis non stultissimum judicet illum , qui surdo loqui velit ? atqui surdo malediceere, teste S. Gregorio , est absenti & non audiensi derogare. Adde, quod sicut is , qui à tergo , & clam invadit proximum , ignobile , & turpe facinus dicitur commisisse , ita idem de Detractoro sit sentiendum.

CAPUT X.

DE TENTATIONIBUS CIRCA JUDICIVM TEMERARIUM.

LXXXIX. **P**Amphilas civis inter alia fatetur Confessario , se valde proclivem esse , ad suspiciones & temeraria judicia de domesticis simul & externis concipienda ; quare cum saepius

L 5

se